

3429 [= 6034] tabula (aenea) rubiginis plena, longa pedes II grana II larga p. I digitos XV grana II, crassa granum IS. Litterae duorum priorum versuum dig. I; reliquorum omnium versuum litterae longae grana III. Spatium litterae ab littera varium, plurimum vero granum unum; et idem est inter verba singula intervallum. Versus autem a versu granis duobus separatur. Versuum item longitudo varia: longiores pedem I dig. IVS; breviores long. p. I. dig. III. granum I MET. Romae, postea Tarracone apud Antonium Augustinum LIGOR. (NEAP.: nelle mani del Sig. Alditore Antonio Augustino) et fere RELIQVI; lo conserva Francesco Diez gentiluomo Romano LIGOR. (PARIS.); in aedibus viduae cuiusdam PIGH. (LVGD.) — Teate MVR. errore.

C · VETTIO · ATTICO · ET ·
C · ASINIO · PRAETEXTATO · C^oS
P R · I D V S · A P R I L

PELTVINI · VESTINIS · IN · CVRIA · AVG · ORDINEM · HABENTIBVS · T · AVIDI
5 ACCO · RESTITVTO · ET · T · BLAESIO · NATALE · AEDD · QQ · SCRIBVNDQ · AD
FVERVNT · QVOD · VNIVERSI · VERBA · FECERVNT ·
NVMMIAM · VARIAM · C · F · SACERDOTEM · VENERIS · FELICIS · EA · ADPECTI
ONE · ADQVE · PRONO · ANIMO · CIR^{CA} · NOS · AGERE · COEPISSE · PRO · INSTITVTO
BENIVOLENTIAE · SVAE · SIC · VT · ET · PARENTES · EIVS · SEMPER · EGERVNT · VT
10 MERITO · DEBEAT · EX · CONSENSV · VNIVERSORVM · PATRONA · PRAEFECTVRAE
NOSTRAE · FIERI · QVO · MAGIS · MAGISQVE · HOC · HONORE · QVI · EST · APVT · NOS · POTISSI
MVS · TANTAE · CLARITATI · EIVS · OBLATO · DIGNATIONE · BENIGNITATIS · EIVS · GLORI
OSI · ET · IN · OMNIBVS · TVTI · AC · DEFENSI · ESSE · POSSIMVS · Q · D · E · R · F · P · D · E · R · I · C ·
PLACERE · VNIVERSIS · CONSCRIPTIS · NVMMIAE · VARIAE · C · F · SACERDOTI · VENERIS ·
15 FELICIS · PRO · SPLENDORE · DIGNITATIS · SVAE · PATROCINIVM · PRAEFECTVRAE · NOS
TRAE · DEFERRI · PETIQVE · AB · EIVS · CLARITATE · ET · EXIMIA · BENIGNITATE · VT · HVNC
HONOREM · SIBI · A · NOBIS · OBLATVM · LIBENTI · ET · PRONO · ANIMO · SVSCIPERE
ET · SINGVLOS · VNIVERSOSQVE · NOS · REMQVE · PVBLICAM · NOSTRAM · IN · CLI
ENTELAM · DOMVS · SVAE · RECIPERE · DIGNETVR · ET · IN · QVIBVSCVMQVE
20 RATIO · EXEGERIT · INTERCEDENTE · AVCTORITATE · DIGNITATIS · SVAE · TVTOS · DE
FENSOSQVE · PRAESTET · TABVLAMQVE · AENEAM · HVIVS · DECRETI · N · VERBA · CONTI
NENTEM · OFFERRI · EI · PER · AVIDIACCVM · RESTITVTVM · ET · BLAESIVM · NATALEM · QQ
ITEM · NVMISENV · CRESCENTEM · ET · FL · PRISCV · PRIMORES · ORD · N · VIROS · CENSVER ·

Tabula retro scripta ex antiqua aerea ab Antonio Lafrerio Romanarum antiquitatum typographo sane diligenter expressa fuit. Erat enim miris quinque mallei percussionebus atque vulneribus adeo contorta ut subici praelo non potuerit. Is arenae cumulo superimposuit, quo convexa loca ab arena subsidente complerentur omnia: deinde chartam ipsius tabulae scripturae, et litteris atramento repletis imposuit et arenae cumulo superimposito pressit. Itaque tota tabula inter duos arenae cumulos pressa et commissa veram effigiem litterarum reddidit. Postea eam chartam atramento quod a tabula conceperat adhuc madente praelo subiecit; eique alteram chartam albam imposuit et impressit. Cum igitur prior charta tabulae scripturam aversis litterarum formis expressisset, altera charta ex eadem priore sibi subiecta rectam scripturam tabulae reddidit eadem magnitudine, dimensione ac forma. Sed quia multis locis atramentum chartae non haeserat, eam ob causam eas lacunas calamo supplevi et corrupta vetustae tabellae loca picturis indicavi. Haec Metellus cod. Vat. 6034 f. 6. 7, item cod. 6038 f. 79. Eiusmodi ectypum chartaceum extat in codice Pighii bibl. Berol. f. 187. Descriptam sistunt apographa quaedam syllogae Ferrarini, scilicet Lugd. Voss. fol. 87 in folio praefixo et Neapolitanum scriptum a Scandiano in fine alia manu additam; Scaliger cod. Lugd. 32; Pighius cod. Luzac. p. 203 et cod. supra citato Berolinensi adscriptam ectypo et apud Gruterum ed. 2; Ligorius et in cod. Neap. l. 34 in folio post f. 140 inserto et in cod. Parisino (hic finit 8 in PRONO); Panvinius fast. ad a. 995 (finit v. 6 in FECERVNT); Ursinus ad Antonium Augustinum de leg. n. 26 (inde et ex Lipsio Grut. 443, 6); Lipsius auct. p. 34 ab Ant. Mureto; Mur. 364, 3 a Bertio. Orelli 4036.

Variam lectionem suppressi fere, cum ectypum extet. — 5 T om. Lig. (Paris.) Lips. — 15 PRO exempla; in ectypo hoc loco fortasse emendato manu (vide supra) primae duae litterae eadem esse videntur, sed dubiae sunt, tertia est A. — 16 DEFERRI ectypon, OFFERRI exempla pleraque. — 21 NOS ante PRAESTET add. Pigh. (Luzac. Grut.) — 23 in ectypo legi potest NVMISENV; sed magis casu ductum cum tribuerim. — Interpunctionem nolui ad ectypum exigere non in omnibus satis certum.

3430 [= 6031] pulchris litteris. In S. Silvestri Castris novi in ecclesia in altari ANT. GVALT. In museo Aquilano LVP. et POSTERIORES.

BALINEVM · REFECTVM ·
DEC · DECR · PECVN · PVBLIC ·
PARTIS & PELTVINATIVM

Descripsi ego, recognovit Dressel. Antinori apud Mur. ms. 21, 231, ed. 482, 1 (inde Carli mem. di Peluino 1797 p. 25); Gualtieri cod. Vat. 9144 f. 81; Giovenazzi Aveia p. 138; Lupacchini cod. Neap. f. 9 et apud Marinium cod. Vat. 9128 f. 22; Ambrosch et Kramer descripserunt Kellermanno; Leosini Aq. p. 303. Orelli 3982.

3431 Peluini nella torre della chiesa [scilicet S. Pauli] GAND. Extare negat DRESSSEL.

ASPRENA^{lit}
AEDILI QVA^{est}
ATTIEDIA
TERTVLL^a
5 OPTIMO ET I
FILIO
INFELICISSIM

Gandelli n. 42.

3432 [= 6041] litteris magnis et elegantibus ACC. Senitii in S. Petri [prope S. Nicandri] in pavimento ACC. Aquilae MANVT. Frustra quaesivit DRESSSEL. — Aquileiae GRVT.; nella via Salara passato Antrodoco alle falde di Nuria MART. fraude.

ornamenta
T · A T T I C O
D O M I T I A E
AVG · LIB
5 VI · VIR · AVG
DOMITIVS · SOLLERS
VI · VIR · AVG
ATTICVS · DOMITIAE · AVG
.....
.....
10
.....
.....
S · S · Q · P · P

Accursius n. 27 (inde Mur. 194, 5 e schedis suis; ex Mur. omnino Martelli Sic. n. 77). Manutium (in cuius apparatu ms. non legitur) orth. 728, 1 (inde omnino Panvinius cod. Vat. 6035 f. 125; Masson n. 74 Manutium citans; Grut. 368, 2) veri simile est ab ipso Accursio nescio quo modo titulum accepisse.

Vv. continuat Man. — 4 VIRO Man. — post 7 'quinque hic versus attriti sunt' Acc. — 13 sic Acc., ET · S · P · Q · S Man. — Nomen liberti quomodo interpreter ignoro; praeter gentilicium omissum etiam praenomen non T. esse debuit, sed Cn., cum Domitia Domitiani uxor filia fuerit Cn. Domitii Corbulonis.

3433 [= 6033] Navellis in diversorio ACC. Atinaveglio (= ali Naveglio?) dal' Aquila a Solmone STEPH.

P · CAESIENV · VIB · F
AED · PRAEFEC · IV^{re dic}
TARASVNA · L

Accursius n. 25 (inde Mur. 684, 2); Stephanonius f. 165 (inde Donius 5, 131; Gud. ms. 664, 1, ed. 419, 3).

Hiatum significavi ego. — 2 post AED hiatum significat Steph. — 3 sic Steph. plane ut Acc., ...SVNA...L... Gud., om. Don.